A 1215 / V.

XVI. 17

PODAGRAE

in modum Dramatis Rhetorici

Metrica descriptio

per

Reverendum quondam Dominum

JOANNEM FELKONIUM

Ecclesiae Neczpaliensis Ministrum

fidelissimum,

annis plus minus septem hujus morbi

spasmis vexatum, edita in con-

solationem Podagrico-

rum.

ANNO. MDCLXX.

SOLNAE

Typis JOANNIS DADAN A. D.

1670.

(in forma octava.)

BIBL. AUG. ... POSONIENSIS
Régi nyomtatványok, Bratislava Lyceum. (303. [illegible])
RMK. II. [illegible]

AD LECTOREM.

Hanc Podagrae Metro sat concinno graphicam deline-
ationem, cum primis in gratiam et grafin Reveren-
dorum et Clarissimorum Dominorum JOACHIMI KA-
LINKII, et MARTINI FARNOCZII, Ecclesiarum Illav-
iensis et et Dévek Ujfalu fidelium Athletarum ac
certeorum Comitatuum Superintendentum, descriptam
inter fragmenta Autoris posthuma repertam, memo-
riae causa prelo subdendam fecit numquam emorit-
urus Antistitis incomparabilis Amor. Hunc beni-
gnus Lector existimet in vita fuisse speculum vi-
tutum, in colloquio suavem, in scripto gravem, in
discursu Theologico Autoritate Virum eximium;
(sequenti non obstante libello) Misceat namque suis
gaudia mille malis. Vale. In Neczpal 29. Maii
Anno 1670.

Lectoris faventissimus

ANDREAS JOSSTJH,
Autoris olim Discipulus.

„Régi nyomtatványok, Bratislava Lyceum"
(303.19.8.)

Vires et arma cano morbi; qui totus ab annis
    Phlegmaticis oriens, dira PODAGRA sonat.
Dona tamen laudesque cano, dum totus ab oris
    Aethereis veniens Celsa PODAGRA cluet.
Hinc licet innumeros exerceat illa dolores,
    Torqueat et miseris corpora pressa modis.
Nunc negat incessum, nunc aufert ossea motum,
    Nunc frangit poplites, curvat et illa manus.
Nunc spinam stringit, vivum prostratque cadaver,
    Nauseat illa cibos, excitat illa sitim.
Quod magis, haud gressum permittit surgere lecto,
    Hoc opus, hic labor est, Okúsata ferre foras
(Quid fieret morbo si fors Germanus eodem,
    Vexetur, laxas cum gerat ille nates?
Hic ipsis ut solvere forice purgamen adiret,
    Impleret caligas Flünderhosenque suas)
Cogitur hic patiens matulae committere sese
    Clunemque suam saniciemque suam.
Servus ut ingreditur, turpem sentitque Mephitim,
    Nauseat et spumans talia verba fatur:
Aedibus in nostris quis olet Gorgonius hircum?
    Quae tam tetra malos flat Camarina crocos?
At tu dissimulans dic optima verba furenti,
    Ne fortasse tuam deserat ille domum.

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum
(303.19.2.)

Adde: velut vermes absumto in cortice pastu
    Transiliunt, post hac intima ligna rotant:
Sic non afflicta carne est contenta PODAGRA,
    Nervos et fibras ossaque cuncta domat.
Et velut ipse lupus praedam non ante relinquit,
    Sed quando ingluvie viscera ferme crepant:
Sic dolor hicce prius non corpora pressa relinquit,
    Sed cum lucifico membra tumore gravat.
Cen leo magnanimus si fors in rupe movetur,
    Sentitur hoc, semper quod viga celsa tremens
Celsa PODAGRA fuit si quem constringit habens,
    Ad quemvis motum sic sua sponda gemit.
Phenisa sed dantur, quo omen laudesque merentur
    In morbo hoc quorum nos meminisse decet.
Est medicus, carus sed Honoris, Fortis et Audax,
    Et quem fas pavi promemere viri.
Si fueris vanus, tibi Celsa PODAGRA medetur,
    Excitat a somno, sit licet ille gravis.
Aut si gulosus, tibi Celsa PODAGRA medetur,
    Dicet et tanstuno: parcius ista tibi.
Ebrio si fueris, tibi Celsa PODAGRA medetur:
    Anxietas etenim nil dabit ex medicos.
Rusticus magnus tanto censetur honore,
    Non omnis tanto Praesul honore micat.
Quod rarum charum, vilescit quotidianum;
    Cur vilescat nam PODAGRA viris?
Nil hic cum febri, capitis dolor atque catarrhus
    Quid valet? est semper hic et ubique dolor.

Ast

Regi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum."
(303.19.2)
1-1809

Est commune nihil cum turbis isto PODAGRAE,
Selectos morbus, praecipuus dolor est.
Utque Senatores dati superare Gravos:
Vincere sic morbos Celsa PODAGRA solet.
Quantum lenta valent inter Viburna Cupressi;
Et corvos quantum vincere Alauda potest;
Quantum Roma alias inter caput extulit urbes:
Sic reliquis morbis Celsa PODAGRA praeest.
Celsis ergo Viris, non lectis de faece vulgi,
Sedibus excelsis advenit iste dolor.
Sit fortis Rex, forte Herum, sit femina fortis,
Fortior omnibus hic Celsa PODAGRA tamen.
Nil mandata valent, si convocat Induperator
Regnum; secura est ipsa PODAGRA domi:
Sit vinum Hispanicum vinum vel dulce Falernum,
Illa bibit fervens, non habet unde cadat.
Sit speciosa Helena, sit Dalila, Penelopeque
Non cupit amplexus casta PODAGRA suos.
Sanus es, atque audis, quod pulset Achates et hostes,
Mox fugis, et linquens limina, terga petis.
Non facit id patiens, nullum formidat amicum:
Nam facit audaces Celsa PODAGRA Viros.
Si veniunt Domini, patienti comites adstant,
Atque hunc solantur, servitiisque iuvant.
Non aeger fugit: sedet is, promusque [illegible].
Atque vale dicunt, non comitatur eos.

Régi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum (303.1632)

Tantus honos, tanta et gravitas nomenque paratur
Per te, sed raris Celsa PODAGRA viris.
Quid dicam, quando Hexaphoro portatur ad aedem
Sacram, nonne videns concio tota fatur:
O quam vestra gravi gaudeant altaria Mystae!
Cur nobis cantum non datur arte Deus.
Carmina nil valet hic subvecta leonibus olim
Antonii, qualem Roma superba legit
Aureliane, tui fuerant quid dic mihi Cervi?
Quale decus Caio currus eburque tulit?
Magna fuit quondam vecti ductique caballo
Persarum Regis gloria Mardochai.
Ast horum nullus tanto fulgebat honore,
Conciliat quantum Celsa PODAGRA suis.
Sit Leo, sit Elephas, Cervus Sterraxque Caballus
Bruta manent: cunctis praevalet unus Homo.
Per numerata vehi primum pulcherrimus ordo est,
Deinde per ἀνθρώπους Angelicosque choros.
Qui primum obtinuit, postremum gaudet habere,
Dic mihi deberet spernere cur Medium?
At nolo plures morbo contexere laudes,
Hospitium hic figat ne sibi perpetuum.
Aedibus ergo meis tandem migrato PODAGRA,
Ni facias, fossas mox tibi ductor erit.

Podagra quaerit locum.

Ad vos cum lachrymis venerandi transeo Patres,
Pulsanti patulas reddite, quaeso, fores.

Ecce

Régi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum!
(303.ig.8.)

Ecce Virum, quem tot domi certamina, me iam
Proturbat positis sat bene Quartiriis.
Ergo errabundam me suscipiote Ministram,
Nam pedibus vestris oscula blanda dabo.
Quodsi displiceo, me commendate fovendam
Magnificis, Celsis, Nobilibusque Viris.
Aut, si vult dominus, vestigia prima recalcem,
Hospitis ergo mei Vos meminisse decet.
Exhausti loculos eius, nec vini anhelam
Muneribus sueis me recreare ~~[illegible]~~ valet.
Hinc igitur vestros butros conferte faventes,
Ekgalysas ideas, xenia ferte mihi.
Si vobis parsam tectora vestra relinquam,
A vobis veniet si mihi tantus honos.
Hoc fugiet sexcet; maior mihi rara voluptas:
Excludar coelo, mox mihi terra fave.

Celsa PODAGRA foras, humilis sed rite vocari,
Deprimis excelsos serpere vorgue suis.
Sed mage Celsa foras dum pressis celsa ministros,
TELKONIUS celsa te duce sede sedet.
Sede sedet celsa, post butros gaudia sumit,
Nunc tenet alta quies, nos lachrymosa dies.
Invidet

Régi nyomtatványok, Bratislava-Lyceum (303:163)

Invideat ut nullas ullas post praelia sedes,
Nos quoque tangamus limina ulla poli!

Moestus post funera scribebat
Affinis
ELIAS URBANOWSCIUS
Civis Solnensis.

Régi nyomtatványok, Bratislava Lyceum:
1303.19.3.1

8

1-1609